



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

Epist. I. Iac. Sadoletvs Episc. Carpent. Benedicto Accolto S.R.E. Cardinali
S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

IACOBI SADOLETI EPISC.
CARPENTORACTI EPISTO-
larum Lib. VII. Epist. I.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPENT.
Benedictio Accolto S. R. E. Cardinali S. P. D.

NON VI ex literis meorum, qui in vrbe sunt, te, (quod magnæ voluptati mihi fuit) saluū & sospitem ad alienis oris, quod fueras horribili tempestate compullus, Romam reuertisse: neque solum vrbis illi afflicte & merenti lucem tuæ virtutis & dignitatis attulisse, sed nobis quoque qui longè absumus, declarasse, quàm esset memor veris amicitie, & quam propensus ad inferuendum commodis & vtilitatibus nostris animus tuus. Sic enim mei ad me scribunt, te ita cum eis de me collocutum esse, nihil vt prorsus fieri potuerit amantius. Quod etsi nunquam dubitavi, quin ita esset, confisus constantia & humanitate tua: tamen nosse quotidie magis, res ipsa experiri, saluū mihi esse præsidium amicitie apud eum, quem & dilexi semper præcipuè, & colui, mihi est gratissimum. Itaque quod ad patris meas attinet, sic tibi velim persuadeas, ex his qui te obseruant & colunt, quorum maxima est pro tua amplissime & liberalitate multitudo, nemini me concedere, neque in officio, neque in benevolentia, neque in recordatione pristinae necessitudinis, neque in tuarum præstantium virtutum laude & celebratione. Dignitati verò tuæ hoc minus multis verbis in hoc tempore gratulor, quod & mea tibi est sat perspecta voluntas, & honoris non certior in te, cum tibi datus est, quàm antea, cum spectem atque præuisus. Et mehercule etiam, quod tempora eiusmodi sunt, vt honori ipsi magis ex tua persona, quàm ex eo tibi volumus esse gratulandū. Quapropter hoc tantum dico: omnia que ad decus, & ad amplitudinem tuam pertinent, non minus gratæ atque optata accidere in te mihi, quàm si in ipsum me collata essent. Quanquam habeo ego quidem id quod maxime semper cupimus, honestissimum otium, quod totum à me in regenda Ecclesia mea, & recolendis optimarum artium studiis summa cum animi voluptate consumitur. Tu si ista erga me voluntate perpetuo facis, nos que ab intus tua fide & patrocinio tueri perrexeris, maximo me honore & præmio affectum esse arbitrabor. Illudque vt facias, te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale, & precam tuam hominem amplissimum meis verbis saluere iube.

Carpe. a. XVI. Calend. Iunij, M. D. XXIIX.

K 3 BENE-